


Sigismundus I. Rex Poloniae,
Cardinali Protectori.

Reverendissime in Christo pater, &

Proficiens isthuc frater Felix
de Cracovia ad procuranda sua quadam
et communitatis fratrum suorum nego-
tia, petijt se a nobis apud dominationem
vestram commendari, ut patrocinio illius
adjutus, facilius res quarum gratia est
missus absolvat. Nos itaque perspicam
habentes humanitatem Dominationi
Vestrae Reverendissime, qua nostra et
subditorum nostrorum negotia solet
prosequi, simulque scientes illam ordi-
nis Divi Domini protectorem esse il-
lam plurimum rogamus, ut fratrem
Felicem praenominatum sacra Theolo-
gia professorem, in postulacionibus
aequis et justis, protectione et patro-
cinio suo adjuvare velit, quod nos vicis-
sim benevolentia nostra Regia Domi-
nationi Vestrae referre curabimus.

Ceterum ad eam scribendi oportuni-
tatem, commendamus etiam diligenter
Dominationi Vestrae Reverendissime ne-
gotium Samuelis maucjowski Canonici
Cracoviensis et Secretarij nostri sincere
nobis dilecti, quod quale sit, et is ipse
frater Felix et Doctor Stanislaus Pe-
nitentiarius dominationi Vestrae Re-

verendissime



verendissime verbis exponant. Rogamus
vero dominationem vestram, ut intel-
lecta illius causa, patrocinium consiliumq;
sibi ejusmodi prestare velit, ut ipse id,
quod habet, opus in re sua obtinere pos-
sit, id enim quod illi adjuvanti consilio
et opera sua attulerit Dominatio Vestra
reverendissima, nos inter reliqua illius de
nobis merita connumerabimus, omnique
benevolentia et gratificationis regiae gene-
re referre illi curabimus, cupimus feli-
cem semper et recte incolumem esse.
Dominacionem vestram reverendissi-
mam. Et D.